

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliae Super Ezechielem

Gregor <I., Papst>

[Basel], 1496

Incipit Omelia. XIX. que exponit litteram. XL. capituli ab illa parte [...] Et porta atrii interioris in via australi. Et mensus est etc.

[urn:nbn:de:bsz:31-313454](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313454)

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

uerfa compositio eius. Et tamen ipsos nos paucos qui remāsimus: adhuc quotidie gladij: adhuc quotidie innumere tribulationes premunt. Dicatur ergo: **P**one quoque eas super prunas vacuā. Quia senatus deest: populus interijt: et tamen in paucis qui sunt dolores et gemitus quotidie multiplicantur: iam vacua ardet roma. Quid autē ista de hominibus dicimur cum ruinis crebrescentibus ipsa quoque destrui edificia videmus. Unde apte de ciuitate iam vacua subdit. Increscat et liquefcat es eius. Jam enim et ipsa olla consumit: in qua prius et carnes et ossa consumebantur. Quia postquam defecerunt homines etiam parietes cadunt. Abi autē sunt qui in eius aliquādo gloria letabantur: ubi eorum pompa: ubi superbia: ubi frequēs et immoderatus gaudium? Impletum est in ea quod contra districtā nimiam per prophetā dicitur. Abi est habitaculum leonū: et pascua catulorum leonū. Hāc. 2. an eius duces ac principes leones non erant: qui per diuersas mundi prouincias discurrētes praeda se uiendo et interficiendo rapiebant? Hic leonū catuli inueniebant pascua: quia pueri: adulescentes: iuuenes: seculares: et secularium filij huc undique concurrebant: cum proficere in hoc mundo uoluissent. Sed iam ecce desolata: ecce cōtrita: ecce gemitibus oppressa est. Jam nemo ad eā currit: ut in hoc mundo proficiat: iam nullus potens et uolentus remāsit: qui opprimendo pradam diripiat. Dicamus ergo. Abi est habitaculum leonū: et pascua catulorum leonū? Contigit ei quod de iudea nouimus per prophetā dictum. Dilata caluitiū tuā sicut aquila. Caluitiū quippe hominis in solo capite fieri solet. Caluitiū uero aquile in toto corpore: quia cum ualde senuerit: plumae eius: ac penne ex omnibus membris illius cadunt. Caluitiū ergo suū sicut aquila dilatat: quia plumas perdidit: quae populum amiserat. Alarū quoque penne ceciderunt: eorum quibus volare ad prandem cōsueuerat: quia omnes potētes extincti sunt per quos alena rapiebat. Nec autē quae de romane ur-

bis contritio dicimus: in cunctis facta mundi ciuitatibus scimus. Alia etenim loca clade desolata sunt: alia gladio consumpta: alia fame cruciata: alia terre biatribus absorpta. Despicimus ergo ex toto animo hoc praesens seculū: uel extinctū finitū mundi desideria: saltem cum mundi fine imitemur bonorum facta quae possumus. Apud orientem et aquilonē multi sunt: qui perfectione uite centum cubitis mensurantur. Et iudea etenim et gentilitate sicut dictum est: ad sanctitatis culmen excreuerunt: quāuis intelligi per orientem et aquilonē etiam iusti et peccatores possint. Qui ens quippe non immerito iusti nominantur: qui sicut in luce fidei nati sunt: in innocentia perstiterunt. Per aquilonē uero recte peccatores accipimus: qui meritis frigore delapsi: sub peccati sui umbra torpuerunt. Sed quia omnipotentis dei misericordia etiam tales ad penitentiam reuocat: communctio et lachrymis lauat: uirtutibus dicitur: usque ad perfectionis gloriam subleuat. Non centum cubitis solum ad orientem sed etiam ad aquilonē ducunt: dum cum iustis etiam peccatores per dona et penitentiam ad perfectionem ueniunt. Per eū qui uiuit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti: per oīa secula seculorum. Amen.

Explicit Omelia. XVIII.

Incipit Omelia. XIX. quae exponit litterā. XL. capituli ab illa parte Portā uero quae respiciebat viam aquilonis atrij exterioris. usque ad illā partem eiusdem capituli. Et porta atrij interioris in via australi. Et mensus est etc.]

Magna legentium debet esse discretio: ut in sacro eloquio cum quilibet unus sermo dicitur: non semper una eandem rem significare credat. Sicut aliquando sol in bono: aliquando vero accipit in malo. Solis etenim nomine aliquando signatur dominus: aliquando persecutio. Attende autem libro sapientie: in inferno impij dicturi sunt. Et ravimus a via veritatis: et sol iusticie non luxit nobis. Sapient. 5. Et de lactis semibilibus dñs dicit: Quid sole aruerunt. Marci. 4. Quia videlicet facta persecutio: in reprobis cordibus predicationis verba siccant. Sic leo dominum signat. Unde scriptum est. Hic leo de tribu iuda. Apocal. 5. Sic leonis nomine diaboli similitudo exprimitur: sicut per primum pastorem dicit. Adversarius vester dyabolus sicut leo rugiens circum: querens quem devoret. 1. Petri. 5. Sic bonis nomine sapiens designatur. Unde scriptum est. Non iunges bouem et asinum: id est sapientem cum stulto in predicatione non socias. Deut. 22. Sic per bove fatuus figuratur: sicut de eo qui in turpitudine amoris captus est dicit. Statimque eam sequitur: quasi bos ductus ad victimam: id est sicut fatuus trahitur ad mortem. Proverb. 7. Hec igitur dixi: ne quia porta significare dominum: vel predicationem: vel scripturam sacram: vel fidem exposui. Abscumsque iam in hoc propheta porta legitur: significare aliud non credat. Cum enim de una porta propheta loqueretur: recte fides intellecta est: quia una est omnium electorum fides. Cum vero alie porte nominantur: intelligi ora predicatorum possunt: per que vera vita cognoscitur: et per que ascendit ad sacramentorum spiritualium cognitionem. Nam portam per quam significare fidem diximus: notandum nobis est quia inferior appellatur. In hac enim vita dum sumus quasi in imo positi adhuc inferius tenemur. Et recte inferior porta fides est: quia nobis in terra positus aperit cognitionem dei. Itaque nunc dicitur.

Portam quoque que respicie-

bat viam aquilonis atrij exterioris mensus est: tam in longitudine quam in latitudine: et thalamos eius tres hinc: et tres inde. Et frontes eius et vestibulum eius secundum mensuram porte prioris quinquaginta cubitorum: longitudinem eius et latitudinem viginti et quinque cubitorum. Fenestre autem eius et vestibulum sculpture secundum mensuram porte que respiciebat ad orientem: et septem graduum erat ascensus eius et vestibulum ante eam.]

De porta que respiciebat viam aquilonis atrij exterioris: eadem replicat que iam de porta alta superiori dicta sunt: atque alia subiungitur que de predicta porta propheta tacuerat. Et ergo de his latius disseramus: que necdum discussa sunt: debemus ea que dicta sunt sub breuitate replicare. Porta enim viam aquilonis respicit: cum predicator quisque vitam peccatoris agnoscit: eius interiora vite per verbum predicationis aperit: que porta atrij exterioris dicitur. Exterioris quippe est atrium vita piis in qua omne quod corporaliter agit: corporaliter etiam videtur. Que tam in longitudine quam in latitudine mensuratur: quia cum ad fidem peccator ducitur: necesse est ut eius doctor consideret vel quantum in longitudine spei vel quantum in latitudinem charitatis eius admonitione proficiat. Qui enim ad deum convertitur: si adhuc bona vite presentis sperat: longitudinem non habet: quia brevis est vita in qua spem posuit. Si per terrenorum concupiscentiam et adhuc proximi odio coangustatur: latitudinem non habet: quia nescit vel transitoria contemnere: vel se in proximi amore dilatare. Cum vero conversus quisque eterne vi-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

te gaudia longanimitate sperat: proximo-
rum molestias cum charitate tolerat: et
ea que non habet concupiscere cōtemnit:
longitudinē et latitudinem porta habet:
quia gloria predicatoris est pfectus au-
ditoris. Unde quibusdā per magnū pre-
dicatorem dicit: Gaudium meū et corona
mea. Philip. 4. Et rursum. Ecce nunc
vivo: si vos statis in domo. 1. Thes. 3.
Atq; iterū. Que est nostra spes: aut gau-
dium: nōne vos ante dominū. 1. Thessa-
lon. 2. Longitudo ergo et latitudo porte
est que ad aquilonē respicit: quia cum in
fideli quēpiam in peccati sui frigore tor-
pentem p̄dicator ad fidē conuerterit: per
hoc q̄ eū in longitudinē spei tendit: et in
amplitudinē charitatis dilatat: eius glo-
riam facit. Et quia in cognitiōe sancte tri-
nitatis ex verbo predicationis auditores
quiq; in eiusdē trinitatis amore proficiūt
habet hec eadē porta thalamos tres hinc
et tres inde: quia om̄e quod per testamen-
tum nouū de trinitate cōditor loquitur:
hoc etiam de testamento veteri ostendit.
Et cor audientū in amore celestis patrie
perficit: vt anima inherēs deo: quasi spō-
sa cum sponso in quodā iam thalamo se-
deat: atq; se a terrenis desiderijs fundi-
tus auertat. Vel certe vt longe superius
dictum est: quia tres sūt ordines bene vi-
uentū: bonorum scilicet cōiugatorū: con-
tinentū: atq; predicatorū. Et quia alij eti-
am in cōiugijs positi: amore celestis pa-
trie anhelant: alij autem spe eterni gau-
dij etiam carnē macerant: omnesq; actus
terrenos refugiant: et in cura huius secu-
li implicari cōtemnūt: alij vero et terre-
na bona despiciūt: et celestia gaudia pre-
dicant que cognouerūt. Quid isti nisi in
spiritali edificio thalami sunt: in quorū co-
gitationē et meditationē anima celesti spon-
so sociatur? Nos tres bonorū ordines:
quia non solum ecclesia ex gentibus ha-
bet: sed aliquādo etiam synagoga habuit
dum magna multitudo spiritaliū redem-
ptoris gratiam ardēter expectauit: porta
edificij celestis tres hinc: et tres inde tha-

lamos habet. Quia predicator quisq; est
ad supernam patriā auditorem pronocat
et nouos patres et veteres anhelasse cele-
sti desiderio demonstrat. Plus etiā ple-
rūq; exemplū q̄ rationatiōis verba cō-
pungunt. Et cum predicator dicit: qua-
les alij in coniugio: vel in cōtinentia: vel
in predicationē erga omnipotētis dei amo-
rem in nouo testamento fuerint: vel alij
quales in veteri porta que loquit̄ ternos
ex utroq; latere habere thalamos osten-
dit. Que porta habet et frontē: quia sunt
in p̄dicatoris vita aperta que opa vident̄
habet et ante frontem vestibulū: quia pri-
usq; bona opera insinuet: predicat fidem
per quā anima humiliter veniens ad bo-
norum actū altitudinem subleuet̄. Que
cuncta scdm mensuram porte prioris sūt:
iuxta hoc quod subdī. Quia mensus est
quiquaginta cubitorū longitudinē eius:
et latitudinē viginti quinq; cubitorū. Hec
iam superius latius me dixisse meministis.
Per quinquagenariū enim numerum re-
quiem diximus figurari: quia et quinq;u-
agesimū veteri populo in requiem datur:
qui appellatus est iubileus: et septenari-
us numerus per quem hoc om̄e tempus
euoluitur septies multiplicatus: ad qua-
draginta et nouem ducitur. Qui monas
additur: quia in vniū cōtemplatione re-
quies eterna perficitur. Idem ergo quinq;-
uagenarius numerus nobis in longitu-
dinem est: quia peruenire ad illam requi-
em nō potest: nisi qui ad eam spem suam
modo tēdere longanimitate potest. Quia
enim per quinquagenariū numerum ad
eternam requiem puocamur: etiam hoc
nos omnino instruit: quod in tabernacu-
lo decem cortine fuisse sunt fieri: que ha-
berent ansulas quinquagenas: et circulos
aureos quinquagenos a latere et summi-
tate. Cortine tabernaculi sancti omnes
sūt: qui ex diuersis virtutum colorib; in
sancte ecclesie ornamēto proficiunt. Qui
et interiora velant: et exteriora om̄imodo
exornant: quia eorum vita in quantum vi-
detur ornamētū est: et eorum intellectus

intus absconditus: ubi celestia que in mente seruant edicere non possunt: in eis aliis quo modo velatur. Recte autem decem cortine sunt: quia per decalogi studium ipsa sanctorum corda profecerunt. Jacinctine vero ansule cortinari fieri quinquaginta precepta sunt. Jacinctus celi specie habet. Ansule ergo cortinari sunt precepta celestia in quibus ligantur anime: ut ab inferioribus subleuante superius pendeant. Que videlicet ansule habent et circulos aureos: intellectum scilicet vera sapientia fulgentem. Qui intellectus quia esse debet per omnia circumspiciendus: et caute sollicitudinis vigilatia munitus: recte per circulos designatur. Et notandum quod a latere et summitate iacentis ansule vel circuli in cortinis fieri: quia precepta celestia et intellectus spiritualis non solum debet nos sursum in dei amore suspedere: sed etiam proximo in charitate sociare. In eo enim quod conditorum nostrum diligimus: quasi per superiores ansulas in aere pendemus. In eo vero quod sicut nosmetipsos proximo et amamus: ansulas et circulos a latere habemus: ut cortine tabernaculi: id est fidelium anime per charitatem coniuncte sint: et non per discordias diuise. Unde et hic post longitudinem quinquaginta cubitorum protinus latitudo subiungitur: viginti et quatuor cubitorum: que videlicet latitudo ad charitatem proximi pertinet. Ipsa enim in fratrum amore se dilatat: atque erga eos omne quod potest boni operis exercet. Cuncta autem bona opera que corporaliter sunt: per quinque corporeos sensus exhibentur: videlicet per visum: auditum: tactum: gustum: odoratum. Qui narius vero numerus per seuerissimum ductus ad vicissimum et quintum peruenit: quia bona opera cum agi ceperint: per seruitutem animi ad augmentum excitant: et per seueritatem multiplicantur. Unde et latitudinem menti faciunt: ut non sit angusta per teporem: sed expansa in bonis actibus per charitatem. Omnis enim corporis teporis angusta est: omnis vero benignitas cha-

ritatis magna largitudo. Nam si res bene sunt: que fortasse indigent proximo prebeant: ampla est substantia voluntatis bone que sufficit ad regni retributionem: sicut scriptum est. In terra hominibus bone voluntatis. Luce. 2. Sequitur.

Fenestre autem eius vestibulum et sculpture: secundum mensuram porte: que respiciebat ad orientem.]

Cuncta hec iam superius latius dicta sunt et ideo sermo non debet morosa expositione tardare. Hoc tamen magnopere notandum est: quod porta ad aquilonem ea omnia habere perhibetur: que porta ad orientem: fenestras scilicet contemplationis: vestibulum humilitatis: sculpturam bone operationis. Omnes enim qui per hoc quod deo in conuersatione nati sunt: in innocentia perstiterunt: portam ad orientem habent: quia eis celestis regni aditus patet ex lumine quod acceperunt. Et omnes qui in peccatis postmodum lapsi torporis sui frigore sunt depressi: sed per penitentiam redeunt ad amorem celestis patrie et recalescunt: portam ad aquilonem habent: quia eis etiam post peccati sui frigus regni aditus per misericordiam patet. Ea ergo habere dicitur ad aquilonem: quia et conuersi peccatores sic vitantur virtutibus: sicut illi sunt diuites: qui cadere in peccati penitentiam vitauerunt. Unde et psalmiste voce per dominum dicit: Cinerem sicut panem madducabam. ps. 101. Quia sic penitentes recepit ut iustos. Scriptum quippe est de peccatoribus. Dum in cilicio et cinere penitentiam egissent. Mat. 11. Cuius ergo sicut panis comedit: quoniam auctori suo peccator per penitentiam sicut innocens reuocatur. Porta igitur ad aquilonem habet fenestras: habet vestibulum: habet sculpture: quod cum peccator ad vitam post culpas reducit: sepe lumen contemplationis accipit: atque de ipsa memoria iniquitatis sue gratiam magne humilitatis: bone et operatio- nis efficaciam: ut omne quod fieri precipit: in vita eius quasi sculptum esse videatur. Septem vero gra-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

domum erat ascensus eius: et vestibulum ante eam. Septem gradibus ad portam ascenditur. quia per sancti spiritus septiformem gratiam aditus nobis regni celestis aperitur. Quia septiformem gratiam Esaias in ipso nostro capite: vel in eius corpore quod sumus enumerans: dicit. Requiescet super eum spiritus sapientie et intellectus. spiritus consilij et fortitudinis. spiritus scientie et veritatis. et replebit eum spiritus timoris domini. Esa. 11. Quos gradus de celestibus loquens descendendo magis quam ascendendo numeravit. videlicet sapientiam. intellectum. consilium. fortitudinem. scientiam. pietatem. timorem. Et cum scriptum sit. Initium sapientie timor domini. Proverb. 9. Constat proculdubio quod a timore ad sapientiam ascenditur. non autem a sapientia ad timorem reditur. quod nimirum perfectas habet sapientia charitatem. Et scriptum est. Perfecta charitas foras mittit timorem. 1. Job. 4. Propheta ergo quod de celestibus ad ima loquebatur: cepit magis a sapientia et descendit ad timorem. Sed nos qui a terrenis ad celestia tendimus: eosdem gradus ascendendo enumeremus: ut a timore ad sapientiam pervenire valeamus. In mente etenim nostra primus ascensionis gradus est timor domini. secundus pietas. tertius scientia. quartus fortitudo. quintus consilium. sextus intellectus. septimus sapientia. Est enim timor domini in mente. Sed qualis est iste timor si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat. qui compati eius tribulationibus dissimulat: huius timor ante omnipotentis dei oculos nullus est. quia non subleuatur ad pietatem. Sed sepe pietas per inordinatam misericordiam errare solet: si fortasse pepercerit que parcenda non sunt. Peccata etenim que feriri gehene ignis possunt: discipline verberare sunt corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcat: ad eternum supplicium pertrahit. Et ergo vera et ordinata sit pietas: ad gradum est alium subleuanda. id est ad scientiam. ut sciat vel quid ex misericordia puniatur: vel

quid ex pietate dimittatur. Sed quid si sciat quid agere quis debeat: virtutes vero agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem. ut cum videt quid agendum sit: hoc agere per mentis fortitudinem possit. ne timor trepidet: et pauore collapsa non valeat bona defendere quod sentit. Sed sepe fortitudo si improuida fuerit et minus contra vitia et resecta: ipsa sui presumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium: ut previdendo finiat omne quod agere fortiter potest. Et esse consilium non potest si intellectus deest. quia qui non intelligit malum quod agentem grauat: quomodo potest bonum solidare quod adiuvat? Itaque consilio ascendam ad intellectum. Sed quid si intellectus magno quidem acumine vigilet: et moderari se nesciat per maturitatem? Ab intellectu ergo ascendamus ad sapientiam. ut hoc quod acute intellectus inuenit: sapientia mature disponat. Quia igitur per timorem surgimus ad pietatem. per pietatem ad scientiam duimur. per scientiam ad fortitudinem roboramur. per fortitudinem ad consilium tendimus. per consilium intellectum proficimus. per intellectum ad maturitatem sapientie peruenimus: septem gradibus ad portam ascendimus. per quam nobis aditum vite spiritualis aperitur. Bene autem dicitur quia vestibulum erat ante eam. Quia nisi quis prius humilitatem habuerit: ad hos gradus donorum spiritualium non ascendit. sicut scriptum est. Super quem requiescit spiritus meus: nisi super humilem et quietum: et tremens sermones meos. Esa. 66. De quo per psalmistam dicitur. Ascensus in corde eius disposuit in conualle lachrymarum. ps. 83. Conualis quippe humilis locus est. et peccator quisque dum se in lachrymis humiliter affigit in corde: per ascensum virtutum proficit. Qui rursus ait. Emitte fontes in uallibus. ps. 103. Quod potes de dona spirituali gratie humilibus prestat. Per quod per vestibulum fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradum et portam. quod prius ad fidem venimus: ut postmodum per spiritum

talium bonorum gradus celestis vite aditum
intremus. Actus. 10. Non enim virtutibus
venit ad fidem: sed per fidem pertingit ad
virtutes. Cornelius enim centurio cuius ele-
mosyne ante baptismum angelus testate lau-
date sunt: non operibus venit ad fidem: sed
fide venit ad opera. Nam et ei per ange-
lum dicitur. Oraciones tue et elemosyne
ascenderunt in conspectum dei. Ibidem.
Si enim deum vere et ante baptismum non cre-
derat quid orabat: vel quomodo hunc omni-
nipotentem deum exaudierat: si non ab ipso se
in bonis perfici petebat. Sciebat igitur crea-
torem omnium deum: sed quod eius omnipotens
filius incarnatus esset ignorabat. Nec enim
poterat bona agere: nisi ante credidisset.
Scriptum namque est. Sine fide impossibile
est placere deo. Heb. 11. Fide ergo habuit:
cuius operationes et elemosyne place-
re potuerunt. Bona autem actio peremerit
ut deum perfecte cognosceret: et incarnatio-
nis eius mysterium crederet: quatenus ad sa-
cramentum baptismatis perveniret. Per fi-
dem ergo venit ad opera: sed per opera soli
datus in fide. Vestibulum itaque ante gradum
est: quod qui prius credidit: ipse post virtutum gra-
dibus ad portam aditum ascendit. Sequitur.

B Et porta atrij interioris contra portam aquilonis et orientalem.

Hoc loco contra non per adversitatem ponitur
sed per rectitudinem: ita enim porta interioris
atrij posita monstrabat: ut porta aquilonis
et orientis perfecto ad eam aditu tenderet.
Quid est ergo quod porta interior recto
itinere posita contra portam orientis et aquilonis
ostendit: nisi hoc quod aperte datur
intelligi: quia siue iudeis et gentili populo:
seu iustis et peccatoribus: sed post peccata
convertis eque aditum regni celestis aperit.
Larga est enim misericordia creatoris nostri.
Et porta interior non solum portam orientis
respicit: sed etiam aquilonis. Quia non solum
his qui in innocentia permanent: sed etiam
peccatoribus peccata sua penitendo damnationibus
aperiunt interioris atrij gaudia ut ineffabilia
mysteria patrie cele-

stis agnoscat: agnoscendo sitiatur: sitiendo
currat: currendo perveniat. Nec eterni gau-
dij secreta cognoverat qui dicebat: Sitis
uita mea ad deum vinum: quando veniam
et parebo ante faciem dei. ps. 61. Predicator
gentium ad hunc aditum regni celestis an-
helabat: cum dicebat: Cupio dissolui et esse
cum christo. Philip. 1. Nec exultationis oc-
culte secreta cognoverat sponsa: que dice-
bat: Dilectus meus misit manum suam per for-
ram: et venter meus intremuit ad tactum
eius. Cant. 5. Dilectus etenim manum per
foramen mittit: quando virtute sua domi-
nus nostrum animum per subtiliter intellectum
pullat. Et venter intactu illius contremis-
cit: quia infirmitas nostra per hoc quod ce-
lestis gaudij intellectu tangit: ipsa sua ex-
ultatione turbatur. Et sit in mente pavor cum
leticia: quia et si iam sentit quid de celesti
gaudio diligit: adhuc metuit ne non perez-
at quod vix tenuiter sentit. Quid igitur restat
nisi ut se ad perfectioris vite cursum diris-
gat: omnes qui illa gaudia patrie celestis
agnoscunt: Unde hic apte subiungit.

Et mensus est a porta usque ad portam centum cubitos.]

Centenarium numerum: quia decies per de-
narium ducitur: iam superius diximus esse per-
fectum. Is itaque qui aditum atrij interioris vi-
det: perfectio necesse est ut per vitam perfe-
ctionis currat: et a porta inchoationis usque
ad consumationis ingressus perveniat. De
surret ergo atrij interioris quod a portis exterio-
ribus usque ad portam interioris tendit centum
cubitis: ut qui intrare amando cepit: lati-
tudinem perfectionis habeat in mente. Qua-
tenus in eo que diligit: hunc nec adversa
coangustent: sed transitoria cuncta despici-
ens quousque ad gaudia secreta perveniat et
per atrium perfectionis currat. Sunt etenim
multi qui iam in septem gradibus aditum por-
te exterioris intraverunt iuxta quandam su-
perne dispensationis modum: per timorem dei
humiles: per pietatis studium misericordes:
per scientiam districti: per mentis fortitudinem
liberi: per consilium cauti: per intellex-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

etū puidit: per sapientiā maturi. Sed adhuc quibusdā necessitatib⁹ obligati: butus mūdi curis inuēiunt. Et vnde iam ex magna parte excusserūt animū: ibi adhuc tenent inuēti. Cūq; sup̄imposita terrene occupatiōis portāt onera: minus in preceptis celestibus exercent. Et dū anhelare medullitus ad eternā patriam nō vacat: ip̄a in eis sua aliquo modo desideria languescunt: q̄ animo curis tp̄alibus p̄pediti vera gaudia que cognouerūt amare nō tātum licet quantū liber. Hi plerūq; a iugo mūdi colla mentis excutiūt: oīa deferunt: terrene cure pōdera deponūt. Atq; vt ad celestē desiderij latius animi sinū laxāt: vitā remotā petunt: et in ea sanctis p̄cib⁹ intenti: sacris meditatiōibus deditā quotidianō se fletu afficiūt: et vetustatē cordis igne amoris cōflant: atq; ad celestē gaudiū accendēdo se innouāt. Hi plerūq; in ip̄o suo desiderio accensi exire tā de carne concupiscūt: atq; ad vitā presentē redire post fletū nolūt. Sed tamen differunt vt dilatet amor ex ip̄a sua dilatiōe p̄ficiat: et ardētī desiderio quasi qd negat crescat. Sic in regione gerasenoz qui liberat⁹ a legiōe demonū fuerat: iam cū dñō ire volebat: sed tamen ei dicit: Reuertere in domū tuam: et narra quāta fecerit tibi dñs. Luce. 8. Sic sponsa in canticis canticorū sanctis desiderijs anxia loquit̄ dicens: In lectulo meo per noctes quesiui quē diligat animā mea. Quesiui illū et nō inueni. Cantico. 3. In lectulo em̄ dilectū querit: quādo in ip̄o suo octo et vacatiōe quā appetit iam videre anima dominū concupiscit: iam ad eum exire desiderat: iam carere presentis vite tenebris anhelat. Sed querit illū et nō inuenit: quia quāuis magno amore desiderat: adhuc tamē ei non concedit̄ videre quem amat. Tales itaq; sanctorū mētes quid aliud in hoc desiderio faciūt: nisi qd iam a portis exteriorib⁹ per atrij interioris ad portā currūt? Qui bus sepe euenit: vt cū se viderint magno celestis gratie munere cōpuncto: iam se perfectos existimēt: et obediētes putent.

Sed quia nullus est qui dura p̄cipiat: patientes se esse credāt: sed quia nemo eos per cōtumelias et aduersitates pulsar: et plerūq; p̄rigit vt spiritale mīseriū vel iusti suscipiāt: atq; ad gubernatiōē fideliū deducant. Qui cū magnis tribulatiōib⁹ fuerint hinc inde pulsati: turbati mēte se se impfectos inueniūt qui nō pulsati perfectos se esse crediderūt. Quia ex re agit vt ad semetip̄os colligāt: et apud se opprobriū sue infirmitatis erubescāt: atq; ex ip̄a sua cōfusione roborati cōtra aduersa patientiā opponāt: et ex tribulatiōe p̄ficient: qui prius in ocio ex ip̄a sua securitate torpebant. Et veraciter esse tales incipiūt: quales se esse prius inaniter putauerūt. Hi itaq; cū a portis exterioribus vsq; ad interiorē portā p̄ boni studij atrij deferūt hocip̄m in eis atrij centū cubitis mensuratur: quia dilectiōe et exercitio in sancta quotidie perfectiōe p̄ficiūt. Per quotidianā em̄ desideria in mēte p̄fici: quasi centū est cubitis iterius atrij mēsurari. Idcirco ergo a portis vsq; ad portā centū sunt cubiti: vt quasi quedā more vnde sit ip̄a dilatio viuendi: per quā quotidie in virtutibus crescat: vt ad interiorē aditum perfectius perueniat. Sequit̄.

Et eduxit me ad viam australem: et ecce porta que respiciebat ad austrū. Et mensus est frontem eius: et vestibulū eius iuxta mensuras superiores. Et fenestras eius: et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras: quāquaginta cubitoꝝ longitudinē: et latitudinē viginti quinq; cubitoꝝ. Et in gradibus septē ascendebatur ad eam: et vestibulum ante fores eius.]

Et tunc hec lux oriētis et aquilonis pora

ta iā dicta sūt: et congruū nō est vt ea que
semel ac secūdo exponētes diximus: septi-
us replicem⁹. Notandū tamen nobis est
quia in spiritali edificio alter adit⁹ ad ori-
entem: alius ad aquilonē: atq; ali⁹ ad au-
strū patet. Sicut enī aquilonis frigore pec-
catores: ita per austrālē viā feruentes spi-
ritu designant. Qui calore sancti spiritus
accensi: velut in meridiana luce virtutib⁹
excreſcūt. Pateat itaq; porta ad orientē:
vt hī qui sacramēta fidei bene inchoaue-
rūt: et in nulla postmodū viciorū profundi-
tate demersi sūt: ad gaudia secreta perue-
niāt. Pateat porta ad aquilonē: vt hī q̄
post inchoationē caloris et luminis in pec-
tū suoz frigore et obscuritate dilapsi sūt p
cōpunctionē penitentie ad veniā redeāt:
et que si interne retributiōis vera leticia
cognoscāt. Pateat porta ad meridiē: vt
hī qui in sanctis desideriis in virtutibus
feruēt: spiritali intellectu quotidie inter-
ni gaudij mysteria penetrent. Inter hec
autē queri potest: cū quattuor hui⁹ mun-
di partes sint: cur in hoc edificio de exte-
riorib⁹ nō quattuor: sed tres porte esse me-
morant⁹. Quod recte querendū fuerat: si
propheta nō spiritale sed corporale edifi-
ciū vidisset. Sancta enī ecclesia: idest spi-
ritale edificij: vt ad secreta gaudia pertin-
gat: tres solūmodo portas habet: videli-
cet fidem: spem: atq; charitatē. Nam ad
orientē: aliam ad aquilonē: tertiā ad meri-
diē. Porta quippe in oriente est fides:
quia per ipam lux vera nascit in mente.
Porta ad aquilonē spes: quia vnusquisq;
q̄ in peccatis positus: si de venia despe-
rauerit: funditus perit. Unde necesse est:
vt qui per suam iniquitatem extinct⁹ est:
per spem misericordie reuiuſcat. Porta
ad meridiē charitas: quia igne amoris ar-
det. In meridiana etenim parte sol in altū
ducitur: quia per charitatem lumen fidei
in dei et proximi dilectiōe subleuāt. Tri-
bus igitur portis ad interius atrij tendi-
tur: quia per fidem: spem: atq; charitatē
ad gaudia secreta peruenitur. Alia quo-
q; questio oritur: cur porta atrij interlo-

ris posita contra portam orientis et aquil-
onis dicitur: et qn ad australem portam
pateat taceatur? Sed quia per orientem in-
choantes: per aquilonem lapsos dicim⁹
designari: dignum fuit vt vel de inchoan-
tibus quibus adhuc sol in tepore est: vel
etiam de lapsis: sed per conuersionem re-
deuntibus aperte diceretur: q̄ eis porta
atrij interioris pateat. Quatenus ex ipis
nos certos faceret: de quib⁹ dubitare pos-
tuerat. Hoc autem de porta australi dicit⁹
dum non erat: quia eos ad gaudia inter-
na pertingeret: qui seruoze spiritus in vir-
tutibus permanent nullus ignorat. Ses-
quitur.

**Et celate palme erant: vna
hinc: et altera inde in fronte
eius.]**

Quid est hoc quod prius in frontibus
pictura palmarum: nūc autem celate pal-
me in fronte esse memorantur? Sed sicut
iam superius diximus: Pictura palmas-
rum est ostensio signorum. Hunc vero ce-
latura palmarum dicit⁹: vt bonorum ope-
rum demonstratio designetur. Ipsis enim
summis pdicatoribus dicit⁹: Videāt ope-
ra vestra bona: et glorificēt patrem vestrū
qui in celis est. Mat. 5. Qui igitur in
vita sua impressa esse sancta opera demō-
strant: palmas in fronte celatas habent:
quia quāta illos impoſterum victoria se-
quatur: iam nunc in sanctis suis operi-
bus ostendunt. Vel certe quia fidem per
orientis: spem per aquilonis: charitatem
vero per australem portam diximus desi-
gnari. Notandum vero nobis est: quia in
orientis porta pictura palmarum: in aquil-
one vero et meridiē celatura esse perbi-
betur. Quia cōtingit sepe vt hī qui ad
huc inchoantes sunt: necdum se in operi-
bus solidis ac magnis exercent. Hi ve-
ro qui post iniquitates ad virtutē redeūt:
plerūq; vt culpas suas ante om̄ipotentis
dei oculos tegere valeāt: in magnis opi-
bus exercent. Et q̄ iā seruoze spūs acub⁹ et

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

virtutibus excreuerunt: quasi merides in sanctis actibus inardescunt. In orientis ergo porta pictura est. in aquilonis vero et meridiei celatura. Quia signum victorie quod inchoantibus ostenditur: hoc in reuertentibus atque feruentibus iam solidius et robustius tenetur. Notandum quoque magis gnoscere est. quod dicitur hinc et inde. Omnes enim qui ad vire aditum tendimus: et ex dextero et sinistro latere habere palmam debemus. Quod enim hinc et inde dicitur. laus utriusque signatur. A dextero igitur palmam habet is: quem prospera non extollunt. A sinistro palmam habet is: quem aduersa non deiciunt. Quasi ex utraque parte portabat paulus palmam cum diceret. Per arma iusticie a dexteris et a sinistris per gloriam et ignobilitatem. per infamiam et bonam famam ut iuductores et veraces. 2. Cor. 6. Non hunc aduersa frangebant. non prospera in mentis tumore subleuant. Hinc inde ergo gestabat palmam. quia et in aduersitate fortis. et in prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim de prosperis extollitur: habere in dexteram partem palmam nescit. Quisquis in aduersitatibus frangitur: portare palmam a sinistro latere ignorat. At ergo hinc et inde palma gestet in fronte: adesse semper nostris mentibus debet et in aduersis fiducia: et in prosperis timor. Ne aut aduersa in desperationem pertrahant: aut prospera animum in sui fiduciam extollant. Hinc est quod idem egregius predicator dicebat. Scio et humiliari: scio et abundare. ubique et in omnibus institutus sum. Et satiari. et esurire. et abundare. et penuriam pati. omnia possum in eo quod me confortat. Phil. 4. Nunquid fratres ars est aliqua humiliari et abundare: satiari et esurire. abundare et penuriam pati. ut pro magno se ista scire tantus predicator insinuet? Ars omnino et mira discipline scientia: que toto nobis cordis est nisu discenda. Quod enim penuria sua non frangit. a gratiarum actione non retrahit. in rerum temporalium desiderium non accedit: scit humiliari. Hoc enim loco apostoli humiliari: di-

cit penuriam perpeti. Haec statim e contrario subiungit. scio et abundare. Qui enim acceptis rebus non extollit. qui eas ad usum vane glorie non intorquet: qui solus non possidet quod accepit. sed hoc cum indigentibus misericorditer diuidit: scit abundare. Qui accepta alimenta non ad ingurgitationem ventris vitatur: sed ad repationem virtutis. nec plus carni tribuit quam necessitas petit: scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuracione tolerat. nec per necessitatem virtutis agit aliquid. unde anima peccati laqueum incurrat: scit esurire. Quem ergo nec abundancia in superbiis eleuat. nec in necessitate cupiditas iritat: nouit abundare: nouit penuriam pati. Qui cum statim subdidit: omnia possum ne elationis esse verba crediderimus: adiunxit in eo qui me confortauit. Ecce in altum ramus prodijt. Sed quia in radice se tenuit: in viriditate permansit. In altum enim surgens arefceret: si se a radice diuideret. Sibi enim nihil tribuit. quia omnia se posse non in se: sed in eo qui se confortat fatetur. Hinc et inde ergo predicator egregius palmam habet: quem nec abundantia in superbiis. nec in opia ad avariciam pertrahit. Discamus itaque fratres non solum in prosperis: sed et in aduersis quoque gratias agere. Pater enim nobis ex pietate sua factus est conditor noster. nosque adoptiuos filios ad hereditatem regni celestis nutrit. Et non solum bonis reficit: sed etiam flagellis erudit. Discamus igitur abundare. ut cuncta que ab eo accepimus cum indigentibus partiamur. ut mentem abundantia non eleuet: ne fortasse gaudeat. quia hoc adest sibi quod deest alteri. et non iam comuni bono: sed proprio letetur. A privato gaudio veritas ad commune discipulos reuocat: cum eos de predicatione redeuntibus et de subiectione demonum letantes admonet: dicens. Nolite gaudere super hoc: sed potius gaudete et exultate. quia nomina vestra scripta sunt in celo. Luc. 10. Non enim omnes electi demonia eiiciunt: sed tamen electorum omnium nomina celo

tenentur ascripta. Admonentur ergo discipuli priuata leticia deponere. de cōmuni autem et perpetua felicitate gaudere. **Quisquis** itaq; in eo gaudet qđ alter non habet: ex ipsa sua abundantia deterior factus: gaudium priuatum habet. **Cōtra** huius nos appetitū abundantie **Iohannes** admonet dicens. Nolite diligere mūdum: neq; ea que in mūdo sunt. **1. Ioh. 2.** **Qui** mor rationē subdidit quare. **Si** qđ diligit mūdū: non est charitas patris in eo. **Ibidem.** Nemo enī potest duobus domini seruire. quia nō valet simul transitoria et eterna diligere. **Si** enī eternitatē diligimus cūcta tēporalia in vsu non habere possidemus. **Qui** eandē rationē p̄tinus subdit: dicens. **Quia** omne quod in mūdo est: concupiscētia carnis est. et cōcupiscētia oculorū. et supbia vite. **1. Ioh. 2.** **Ideo** enī habere aliquid hoīes et vltra qđ necesse est concupiscūt: vt habēdo supbiant. et q; hoc alius nō habet: se in cogitationibus extollāt. **Quisquis** itaq; talis est: adhuc ad portandā abundantiam doctus non est. **Sepe** autē qđ auaricia ex appetitu suggerit: necessitatē putat. **Et** cum minora sufficiant: dolet maiora deesse: atq; incautus animus quandā quasi necessitatē patitur quā parit. **Et** cū nimia sunt que desiderat: suam sibi auariciam aliquo modo excusat. **Abundantia** itaq; superbie vicina est. **Quā** si quādo etia; cupiditas intercept: hanc (vt ita dixerim) quasi peregrina captiuitas inuasit. **Si** igitur abscondendi artem scire volumus: necesse est vt non solus ea que vicina sunt: sed ea etiam que de longinquo veniūt vitia fugiamus. **Discamus** penuriam pati. ne ea que non habemus habere etiam cū culpa requiramus. ne felices putemus quos rebus onustus cernimus. **Phil. 4.** **Nimis** valde sunt ea que sibi quasi in sumptus vite presentis preparant. **Multa** portant: sed in via breui. **Magna** est in hoc itinere sociā paupertas que animū non angustat. cum deest terrena substantia: de qua eterno iudici rationes ponamus. **Liberi**

ad patriam tendim⁹. quia quasi in via p̄dere caremus. **Discamus** satiari: ne in sumendis alimentis corporis gula magis q̄ necessitati seruiamus. **Plus** enim concupiscentia q̄ necessitas petit. **Et** sepe dum carnis inopie satisfacere curamus voluptas surripit: modum refectionis excedit. **Unde** fit vt culpa transeat ad culpā quia plerūq; inde alia tētatio carnis nascit: p̄ carni imoderata refectione seruitur. **Expectata** etenim primi hominis infirmitas natura: in hoc mundo cum nostris tētationibus nascimur. **Et** caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere: aliquando autē seductrix in malū. **Si** igitur ei plus q̄ debemus tribuimus: hostem nutrim⁹. **Et** si necessitati eius que debem⁹ nō redimimus: ciuem necamus. **Satianda** itaq; est caro: sed ad hoc vsq; vt in bono nobis opere famulari sufficiat. **Nam** quisquis ei tantū tribuit vt superbiat: satiari penitus ignorat. **Ars** itaq; magna est satiari: ne vnusquisq; per satietatē carnis ad iniquitatem prorumpat turpitudinis. **Discamus** esurire: vt nobis p̄pter abundantiam sequēte nostra hic inopia placeat. **Nec** nos v̄stris necessitas ad culpam trahat: nec peccatum menti ipsa indigētia suggerat. **Et** dum caro fame afficitur: ad cupiditatem animus irritetur: et querat cum culpa p̄uidere vnde carni valeat in necessitate satisfacere. ne cor in indignationē profluat: et linguam in murmurationis amaritudinem accendat. **Qui** igitur in carnis sue inopia se hinc inde circūspicit. atq; a peccati laqueo custodit: nouit esurire. **Hos** itaq; fratres charissimi iram atq; auariciam in aduersitate fugientes et elationem et imoderata gaudia in prosperitate declinantes. quia per fidem. spem. atq; charitatem interioris vite attrium tribus portis intra re conspiciunt: palmas hinc et inde tenemus. **Libet** adhuc alterum ciuem celestis patrie ad mētes reducere et qualiter hinc inde palmam teneat demonstrare. **Beat⁹** etenim iob cum esset viris orientalib⁹ doctor: et ei prospera cuncta suppeterent. **fi**

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

lijs polleret. familia cresceret. greges ex-
perarent. in tanto omnipotentis dei timo-
re persistit: ut inter custodiam discipline.
inter acta iusticie. inter multa humilita-
tis obsequia. misericordie operibus intus
sacris sacrificijs offerendis deditus. holo-
causta domino pro singulis filijs immola-
ret: ne quis eorum saltē in corde peccas-
set. Pensamus ergo quāta erat custodia
boni operis: qui in filijs suis exprobat sa-
crificijs culpas cordis. Sed quā iustus es-
set in prosperitate innotuerat. Valde au-
tem ignotum erat: si perseverare iustus et
inter flagella potuisset. Tangēdus ergo
erat verberare vir ille sanctus in prosperis:
interrogatur adversis. ut qui notus erat
omnipotenti domino: notus per flagella
fieret nobis et sibi metipsi. Disponente ita-
que domino consumpti sunt greges. inter-
fecti custodes. eversa domus. extincti fi-
lij. percussa caro a planta pedis usque ad
verticem. Remansit vxor incolumis: que
verborum laculis vulnera auget. Sed
hanc vir sanctus in tēratione sanus. i vul-
nere prudenter docet: ei que respondet vi-
dens. Si bona accepimus de manu domi-
ni: mala quare non suscipiamus. Job. 2.
Amici quoque ad consolandū veniunt: ad
contumelias prorumpūt. et in dolore vul-
nerum: addunt adhuc vulnera verborum.
Immisericordē dicunt: raptorem nomi-
nant. violentū denunciant. oppressorem
pauperū fatentur. Quid igitur miles dei
faceret inter volētia vulnera et amara ver-
ba depressus? Ecce flagella dei et verba
hominū simul afflicti animus ad despera-
tionem premunt. sed virtute spiritus ple-
nus: carnis vulneribus iacens. mētis ro-
bore stans. cōtra desperationis impulsus
reduxit ad memoriā bona que egerat.
Quia misericors fuerat: dicit. Oculi fui
ceci: et pes claudō. Job. 29. Et rursum.
Pater eram pauperum. Ibidem. Quia
discipline custos et benignus: dicit. Cum
quē sederem quasi rex circūspectante me ex-
ercitū: eram tamen merensū consolator.

Ibidem. Quia humilis fuerat: dicit. Si
contempni subire iudiciū euz seruo meo
et ancilla mea: cum disceptarent aduersus
me. Job. 21. Quia hospitalis fuerat. fate-
tur. Si despecti pretereunt eoz quē non ha-
buerit indumentum. Ibidem. Quia largus
in donis: dicit. Si non benedixerunt mihi
bi latera eius: et de velleribus ouium mea-
rum calefactus est. Ibidem. Quia violē-
tus non fuerat testatur dicens. Si leuas
ui super pupillum manum meam: cum vi-
derem me in porta superiorē. Ibidem.
Quia de inimici periculo nunquā exultas
uerit: dicit. Si gauisus sum ad ruinas eis-
us: qui me oderat. Ibidem. Quia pati-
ens fuit et etiam suorum maliciā equan-
miter pertulit: dicit. Si non dixerunt vis-
ri tabernaculi mei: quis det de carnibus
eius et saturemur? Ibidem. Quid est hoc
quod vir sanctus tot suas virtutes inter fla-
gella enumerat? Quid est quod ore suo ope-
ra que fecerat laudat: nisi quia inter vul-
nera et verba que hunc ad desperationem
trahere poterāt ad spem animi reformat.
Et qui in prosperitate humilis fuit: reuo-
catis bonis suis ad memoriā: infractus
in aduersitate permansit. Cuius enim
animum inter tot flagella illa verba ad
desperationem non impellerent: nisi sibi
ad memoriā bona que fecerat reuocas-
set. Vidit igitur sanctus vir mentem suā
auditis tot malis ad desperationē con-
cuti: et mirabiliter studuit in spe certa ex
bonis suis actibus solidari. Sic imple-
tur quod scriptum est. In die bonorum
ne immemoris malorum: et in die malo-
rū ne immemoris bonorum. Eccl. 11. Si ei cū
bona hēmus maloz remiscimur: quod aut iam
passi sumus: aut adhuc pati possumus: ac-
cepta bona mentē non eleuant. quia eos-
rum gaudium timor memorie malozū pre-
mit. Et si cum mala habemus bonozū res
miniscimur: que aut iam accepimus: aut
adhuc nos posse accipere speramus: malo-
rum pondus animum ad desperationem
non premit. quia hunc ad spem memoriā

honorum leuat. **S**istatq; fratres charissimi mi ⁊ per precepta dominica: ⁊ per exempla gradimur vt nos nec prosperitas eleuet: nec aduersitas frāgat: habere nos ante omnipotentis dei oculos palmas hinc ⁊ inde monstramus. **C**ui est honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amen.

Explicit omelia. XIX.

Incipit omelia. XX. que exponit litteram. XL. capi. ab illa parte. **E**t porta atrij interioris in via australi. vsq; ad illaz partem in eodem capi. **E**t in vestibulo porte due mēse hinc ⁊ due mense inde.

Prophete verba que largiēte domo hodie charitati vestre loquenda sunt: lectione magis indigent q̄ expositione. Ea enim in tribus portis interioribus replicantur: que secundo iaz vel tertio de exteriorib⁹ dicta sunt. **P**auca vero in earum descriptione permittantur. **E**t inde necesse est ea nos que iaz dicta sunt replicare. vt ea que dicepda sunt licet eius possumus enodare. **I**taque nunc dicitur.

Et porta atrij interioris in via australi. ⁊ mensus est a porta vsq; ad portam in via australi centum cubitos. **E**t introduxit me in atrium interius ad portā australem. ⁊ mensus est portā iuxta mensuras superiores. thalamū eius frontem eius ⁊ vestibulū eius eisdem mensuris. **E**t fene-

stras eius: ⁊ vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis ⁊ latitudinis viginti quinq; cubitos: ⁊ vestibulum per gyrum.

Tunc hec superius dicta atq; exposita esse meministis. **N**ec dum vero est dictum quod de eodem vestibulo subditur. longitudine viginti ⁊ quinq; cubitorum: ⁊ latitudine quinq; cubitorum. ⁊ vestibulum eius ad atrium exterius. **A**tq; iterum hoc qđ iam superius dictum fuerat repliatur cum dicitur. **E**t palmas eius in fronte: ⁊ statim qđ adhuc dictum nō fuerat subditur. **E**t octo gradus erant in quib⁹ ascēdebatur ad eam. **H**oc quoq; qđ de australi porta scriptū est: de orientali quoq; porta in eodem ordine narratur. **I**am protinus subinfertur.

Et introduxit me in atrium interius per portam orientalem: ⁊ mensus est portam scđm mensuras superiores. thalamum eius ⁊ frontem eius ⁊ vestibula eius sicut supra. ⁊ fenestras ei⁹ ⁊ vestibula eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitorū latitudine viginti quinq; cubitorum. **E**t vestibulū eius id est atrij exterioris: ⁊ palme celate in fronte eius hinc ⁊ inde ⁊ in octo gradus ascensus eius.

Ea quoq; que de australi porta ⁊ orientali dicta sunt: in eisdem verbis etiam de porta que ad aquilonem respicit replicantur. **I**am subditur.

Et introduxit me ad portam que respiciebat ad aquilonē: et